



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

Venerabili Ac Religioso Patri D. Ioan Batmansono, salutationis deiparæ  
[vir]ginis Mariæ prope Londinum priori, cæteroru[m]q[ue] per Angliam  
Carthusianoru[m] visitatori vigilantissimo F. Theodoricus ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

# VE N E R A

BILI AC RELIGIOSO PATRID. IOAN  
Batmansono, salutationis deiparæ yginis Mariæ pro  
pe Londinum priori, cæterorūq; per Angliam Carthu  
sianorū visitatori vigilantissimo F. Theodoricus Loer  
a Stratis, eiusdem sacri ordinis apud Coloniā & mo  
nachus & Vicarius. S. D. P.



Ehementer admodum mihi gestit animus, & haud scio, an ex omnibus omniū literarum fasciculis, ab eo tempore quo primum studiosissimi simul & religiosissimi patris nostri Dionysii, communi superiorum consensu in cōmendationē religionis Christianæ lucubrations ædere tentavi, ex vniuerso terrarum orbe Coloniā versus ad nos allatis, idq; a viris æque literatis atq; incorruptis, maiorem ceperim spem, læticiamq;: quam ex nouissima venerandæ tuæ paternitatis epistola pater amplissime, idemque humanissime: quod ea Londino transmissa, per multorumq; manus iactata, nobis tandem sit exhibita: & id quidē tempis exhibita, cum non posset opportunius exhiberi. Quid ita dices? Dicam equidem: Vix dum decimam quamque partem lucubrationum Dionysii nostri, qui parem vitæ sanctimoniam cum eruditione copulauit, ab hinc ferme biennium curauimus excudendam. At vbi harum ceu gustulum sumpsissent plærique omnes perinde studiosi atque deuoti certatim semel atque iterum nos cohortati sunt, vt quam ocyssime pergere mus, & reliqua eius viri opera, plane pia, in communē studiosorum omnium, maxime simplici prudentia, & prudenti simplicitate præditorum sacerdotum, religiosorumque patrum commoditatem, orbi communicaremus. Atque id quod tam sedulo nobis pro sua quisque virili suaseri, omnio persuasere tandem. At dum id interim haud cuctanter molimur, nondum tamen satis hætenus licuit emoliri. An desūt præla? At nihil

est ferme prælorū Colonia, qđ nō vel solus occupauit  
Dionysius: An desiderēt emptores? Atq̄ vix dum excu-  
sa sic rapiūtur volumina vt nō sine suo luculento com-  
modo, nostro vero incommodo typographi eadem co-  
gātur recudere. Num de sunt scribæ aut librarij, vt mul-  
torum manus leuius reddant onus? At hac sane in par-  
te nobis satis obsequentes inuenimus tum nostri sacri  
instituti, tum aliorū religiosos patres, q̄ (quādo omnia  
rescribi inprimis necessarium sit) vel nocturnis opis,  
hanc operam nobis nauare non grauantur. Otiū? at  
istud profecto quale quale contigit, singulari quadam  
Reuerendi patris nostri, totiusq̄ capituli nostri gēnera-  
lis benignitate atque consensu iam ab integro vtcun-  
que adauctum, sinon omne, certe adiunctis nostris vi-  
gilijs atq̄ lucubratiunculis nocturnis aliq̄ vsque suffe-  
cturum crediderim. Quid igitur tandem impedit, q̄  
minus hætenus totus prodit nō ille Dionysius vnuer-  
so terrarum orbi plusquam desideratissimus? Profe-  
cto vt ingenue dicam, nerui prælorum pecunia. Crede  
mhi, si quid vnquam crediturus es amplissime pater.  
Quicquid vel parentum nomine hæreditate, quicquid  
aliorum affinium morte obuenerat, quicquid ex patro-  
rum liberalitate, quæ quidem neutiquam erat vulga-  
ris accesserat, quicquid ex testamētis accreuerat accre-  
uerat autem permultum, quicquid ex episcoporum ab-  
batum cæterorumq̄ magnatum beneficentia aliquot  
iam annis non sine negotio corrasum est, id omne in  
libros Dionysij hætenus imp̄ssos liberaliter exp̄sum,  
atque ita expensum, vt non exigua adhuc soluenda su-  
per sint debita. Quantula tamen hæc portio eorum  
in quæ p̄terea domus n̄ra nobis suppeditarit? Desponde-  
bam itaque animum, planeque diffidebam, id me præ-  
staturum quod tu cæterique tuæ homines turbæ, præ-  
ter summam eruditionem etiam optimi, prope quoti-  
die me flagitabant. Itaque dum sic miser discutiarer  
m̄o, de re p̄te nobis sua sp̄te se obtulit illustris D. Her-  
mannus Rinus vir equestris ordinis, cum progenito-  
ribus suis præcipuus benefactor atque amicus, & qua

si fundator noster olim a secretis Christianissimi An-  
glorum regis, non inferior literis quam opibus, vni-  
cus vere religiosorum & studiosorum Mæcenas, pol-  
licitans suam nobis operam non defaturam, modo vt  
cœpimus in Dionysio gnauiter pergeremus atque ex-  
cœdendis per nos Dionysii omnis generis lucubrationi-  
bus, aliquot Regiæ Maiestati, non indecore per eum  
illi coram in manus exhibendæ, dedicarētur. Et in his  
potissimum reconditæ in quatuor S. Euangelistas enar-  
rationes. Id quod ita prope diem futurum est. Ad isti-  
usmodi tanti viri promissa, etsi defecti, sic toto ex cor-  
de reuixi, Vt solet infuso vena redire mero. Ac tam vix  
dum vnus aut alter mensis intercessere, a tam magnifi-  
cis istis suis pollicitatiōibus, cum bonus ille Mæcenas  
nobis ante expectatum sublatus est. Cuius mors, & si  
omnibus est, vt esse debet Coloniensibus nostris luctu-  
osa & acerba, mihi tamen non iniuria multo est acerbis-  
sima, quod tam candido tanque magnifico destitu-  
tus amico, non minus auxiliario, quam consiliario, no-  
lim velim cogere non solum iam cœptam nuncupati-  
onem Regiæ maiestati destinatam, sed opus etiam in-  
gens inermittere, Atque dum has ob causas hinc inde  
me non credēdo conficerem mœrore, ecce tuæ mihi ad-  
feruntur literæ, multis de causis acceptissimæ. Primum  
quod cum te mihi polliceris futurum Mæcenatē apud  
Regiā maiestatem & Anglicos prælatos, quē dubio pro-  
cul experturus eram Rincum, longe candidissimū. De  
inde quod scribis te sedulo curaturum, vt quod tua for-  
tasse non posses pensare liberalitate, id te abunde co-  
naturum, vt id mihi sartiatur candore fortunisque po-  
tentissimorū (quos apud Anglos habes plurimos) ami-  
corum. Ad extremum quod addis non defuturos Lon-  
dini & in cæteris item Angliæ monasteriis, vt hoc lo-  
co frequentissimis, sic sane spectatissime religionis, qui  
duplo pluris quam constabit æditio redempturi sint,  
quicquid Dionysii fuerit allatum, modo perferatur ma-  
iustulo caractere bene emendatum. His vestris cohor-  
(tationibus incitatus, his

facibus inflāatus, his deniq; pollicitationibus inelca-  
tus, si quando alias, nunc vero maxime Dionysio ma-  
nus cœpimus admoliri. Principio iam dedimus in lucē  
commentaria in omnes beati Pauli, & cœterorum apo-  
stolorum quas canonicas siue catholicas vocamus epi-  
stolas, deinde in Apocalypsim; deinde in septem psal-  
mos; præterea in totum psalterium, postea Monopan-  
ton epistolarum Pauli; adhæc Heptalogon mundi con-  
temptum suadens; postremo pleraque alia, quæ longū  
esset recensere. Incumbunt iam prælis luculentissima i  
quatuor euangelia commentaria, præterea Tomi duo  
prægrædes operum minorum: Pentateuchus Schalæ re-  
ligiosorum. Quibus æstimatis simul cum alijs intra bi-  
ennium per nos emissis excedit summa quinque milia  
flor. aureorum. At quāta hæc est portio operum adhuc  
restārium? E quibus iam paramus Homiliarum, possil-  
larum & sermonum partes tres: quas vel solas nō am-  
bigimus suffecturas cuius verbi dei cōcionatori, sum-  
mam item de virtutibus & vitijs, quam Illuminatoriū  
salutaris scientiæ pius pater inscripsit, refutationem  
deinde legis Mahumeticæ, quod Alcoranum nuncu-  
pant, eiusdemque ad legis euangelicæ puritatem com-  
paratio. Et item post nouum testamentum plene iam  
absolutum librorum Sapientialium & prophetarum  
commentaria: vt amplissima, ita salutaris eruditionis  
plenissima. Sed cesso, ne quis mihi nasutior obiiciat il-  
lud e quo nescio poeta:

Quid ferat hic tanto dignum promissor hiatus?

Et illud eiusdem

Laudat venales qui vult extrudere merces.

Non sum tam rudis, vt nesciam vino vendibili non o-  
pus esse suspenſa hedera: tamen hanc adijcere coronidē  
cogimur, ob sciolos aliquos, qui aiunt nos dealbare pa-  
rietem, sic enim isti loquuntur. Sunt hæc quidem  
DIONYSII opera omnia, perinde docta atq; pia;  
Cæterum non potest satis dici, imo ne cogitari qui-  
dem, quam sit utilis Epitome hæc, vt interim de  
Actis fileam, plane aurea, & ad quam multa sit

vsui futura: quippe ad quam omnia vtriusq; testamen-  
ti oracula, cuius sub oculos ponenda, semper in nu-  
merato est habenda. Denique semper ad verbum edis-  
cenda, tanquam ad sua domicilia possent referri. Ni-  
mirum habet aliquā sedulitatis laudem. Dionysius qd  
non grauatus est tot libellorum locos longe obscurissi-  
mos, accuratius expendere, conferreque: & in hunc col-  
lationum aceruum, vndiq; ex tam varijs libris conge-  
rere. Quod si modus epistolæ pateretur censuram no-  
stram & in Acta quoq; proferremus. At illud vel inuiti  
cogimur adicere. Quibus non vacat, aut si maxime va-  
cet euoluere, non adsunt ingentia commentariorum la-  
tiffundia, studioq; habent compendiaras lectitare an-  
notatiunculas, ad has nihil æque conducere, atq; Dio-  
nysij hoc opusculum exiguum quidem, sed cui pauca in  
hoc genere, in vtilitate anteponas. Dominus Iesus v.  
m. d. d. e. quam diutissime tueatur incolumem: cui me totum  
in medico, Coloniae ex monasterio nro Carthusiano Nara-  
ti sancti Hugonis Carthusiani episcopi Lyncoliensis in  
Anglia 1552

Encomium D. Dionysij Riceli Carthusiani cog-  
nomento doctoris extatici, autore Alardo  
Aemstelredamo.

Si bona pars sacræ scripturæ creditur esse  
Afflatus, superum numine proueniens  
Quo sine cælestis frustra penetralia mentis  
Vestiges, acris præditus ingenio  
Iure sibi celsam Dionysius occupat arcem,  
Qua sacer æthereo spiritus axe venit  
Sæpius extaticus plus septem permanet horas  
Viuit, & est vitæ nescius ipse suæ,  
Haud equidem sine mente reor, sine numine diuum  
Corpore seclusa est mens fruitura deo.  
Redditus, inde sibi, cælesti numine plenus  
Plenus & afflatu, spirat vbique deum  
Tum sacra diuino diffundit pectore verba  
Quæ damus his doctis excutienda libris.

Aa v